



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 4. Manus monstrosa è ligno enata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

**Delrius** parati. Delrius ait, Deo notum esse, num  
**I. 2. Disq.** ultima particula à Polydoro in gratiam,  
**mag. q. I<sup>4</sup>.** an ex vero sit afficta; conuicium certè in-  
gentem totam manasse, & durare inter  
homines. Simile diuinæ vltionis exemplū  
exhibit Dockumentum Frisorum poena,  
ob eorum Episcopum S. Bonifacium cum  
**Cornel.** socijs cæsum. *Nam horum Sanctorum indi-*  
**Kemp.** *gnam mortem*, ait Cornelius Kempius, in  
**Docku-** filios filiorum Deus vindicauit: ut pasim ex  
**mensis, l.** eorum familiis (quorum maiores tam nefarii  
**z. de Orig.** scelus perpetrarunt) in hanc diem videantur in  
**Frisor.** occipite habere grossos crines subalbi coloris,  
**C. 2<sup>1</sup>.** in modum caudæ cuiusdam bruti animalis, in-  
stè dixeris,

*Sentit adhuc proles, quod commisér-*  
*parentes.*

#### §. IV.

*Manus monstrosa è ligno enata.*

Manuum quoque atq; pedum monstra-  
extitisse reperio. De manu mirabile quid-  
dam narrat Iansonius, quod Anno 1594.  
**Ianson.** Mercurij Coloniæ edidit, postquam id ipsum Lu-  
**to. 2. l. 9.** becæ impressit Ioannes Balhorn. In Me-  
**Mercurij** chelburgensi Ducatu, quatuor circiter mil-  
**Gallo-** liaribus Rostochio, ad oppidum Butzau  
**belg.** pagus est Muisal, in cuius pagi templo,  
Anne

Anno 1594. pulpitum ligneum, antiquum, aridum, teredine exesum viuoque lapidi impositum fuit, quod proinde nullam inde potuit humiditatem contrahere. In huius suggesti stylobata seu scapo, cum incredibili omnium stupore, atque inaudito portento, excrevit humana manus, dīgitis quatuor & pollice erectis, vnguisque suis munita. Et palma quidem erat, sicut palmæ manuum ceterarum. In aduersa autem atque exteriore parte facies humana, conspiciebatur, oculis, naso, barbatoque ore praedita. Huic manui ne vita videretur deesse, in die, frequenter mouebatur, seq̄; ipsam vertebat tanto conamine, vt ubertim sudauerit, & guttae sudoris in subiectum lapidem defluxerint. Ingens fuit ad hoc spectaculum concursus, summa admiratio, variæ interpretationes. Ianuarius censet, vt per oculos intellectus inscriptura sacra intelligitur, seu fides; ita per manum opera. Vult igitur, ciues hoc monstro monitos, fidem & opera esse coniungenda; adeoque ex illa cathedra idem tunc significatum, quod D. Paulus in epistola sua ad Hebræos significauit: *Re Heb, 12, missas manus erigite.* Porro verumne sit<sup>12</sup>

T

hoc

274 Cap. VIII. Reliqua corporis membra,

hoc prodigium, an fictum, aut præstigio-  
sum, ego non pronuncio. Fides sit penes  
authorem, judicium penes lectorem.

§. V.

*Impij in Noctem nativitatis Christi; toto an-  
no saltantes,*

Pro pedibus monstrosis haberi possunt,  
**Ioan. Tri-** de quibus Ioannes Trithemius, Albertus  
**them. in** Cranzius alijq; Scriptores meminerunt.  
**Chron.** Anno Seruatoris 1012. imperante Henri-  
**monaste-** co II. Rupertus pij nominis Ecclesiæ S.  
**rij Hir-** Magni martyris, in Saxonia, Sacerdos,  
**saug.** nocte sacratissima Nativitatis Domini,  
**Cranz.** primum Deo sacrificium offerre cœperat,  
**Iib 4. Sa-** cùm extra templi fores, in ipso cœmité-  
**xon. c. 3.** Genebr. trio, leuitati assueta quædam plebis turba,  
**Gilbert.** I. 4. Cor. diuinis officijs insuper habitis, nugari cœ-  
**sub Anno** pit, atque ludere. Primipilus eorum fuit  
**1012. Ab-** Othertus laicus cum alijs quindecim viris.  
**bas An-** Husan. in Hi tres feminas nacti choreas ducere, eo  
**Stemma-** loco & tempore, non sunt veriti. Quin  
**te Christi** profanis catilenis obstrepere sacrificieanti,  
**die 22.** Decemb. eumq; molestissimè turbare sunt ausi. Mi-  
sit sacerdos æditimum, qui eos iuberet,  
nocte & loco tam sacris à petulanti im-  
pietate desistere. Saxeæ sunt impiorum cor-  
da, & corneæ fibræ ad vocem monentis.

Quare